



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XV. De rebaptizationibus, reordinationibus, vel translationibus
episcoporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CIRCA
414

tem vestram allegaremus scripta, dilati sumus ea contemplatione, quousque fratres nostri aduenire possent de Numidia legati: sed quia non parui dies sunt, quibus exspectati minime venerunt, ultra prætermittere, quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuius. Verum & de sacrificiis inhibendis post prandium, ut a ieunis (sicut dignum est) offerantur, & tunc & nunc firmatum est.

XV.

Cod. can.
cap. 48.
De confec.
dist. 4. Non
licet fieri.
& in Car-
thag. III.
cap. 38.
11. qu. 1. ca.
Petimus,
ut digne-
mini.

Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in * Capuensi plenaria Synodo videtur statutum, ut non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villæ Reginensis episcopus, plebe sua derelicta, * Tubuniensem inuasit ecclesiam: & usque hodie commonitus, (secundum quod statutum fuerat) relinquere eamdem, quam inuaserat, plebem contempsit. Aduersum istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuius: sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam, * quo iam, necessitate ipsa cogente, liberum nobis sit, rectorem prouinciae, secundum statuta gloriofissimorū principum, aduersus illum adire, ut qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illictum, auctoritate iudicaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Seruata formæ disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si a vestra caritate modestius

Capitu
li, alia
Capitu

Tibio
fem.

ANNO CHRISTI 424. destius conuentus recedere retractauerit , cum fuerit , suo contemptu & contumacia faciente , etiam auctoritate iudicaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt : Hoc * enim omnibus placet ? Ab vniuersis episcopis dictum est : Placet , & iustum est.

XVI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt : Et illud nobis mandatum est , vt quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsum- pserunt pontificem , non nisi a duodecim censeatis celebrari episcoporum ordinationes. Aurelius epi- scopus dixit : Forma antiqua seruabitur , vt non minus quam tres sufficient , qui fuerint a metropo- litano directi ad episcopū ordinandum . Propterea quia in Tripoli forte & in * Arzuge interiacere vi- dentur barbaræ gentes : nam in Tripoli (vt asseri- tur) episcopi sunt quinque tantummodo , & pos- sunt forte de ipso numero vel duo necessitate ali- qua occupari : difficile est enim , vt de quolibet numero omnes possint occurrere : numquid de- bet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ uti- litati ? Nam & in hac ecclesia , ad quam dignata est vestra sanctitas humaniter conuenire , crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus . Numquidnam frequenter duodecim potero , vel decem , vel non multo minus aduocare episcopos ? Sed facile est mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos . Quapropter cernit mecum caritas vestra hoc ipsum obseruari non posse .

* Argouze vel Ara- zyta

Cod. Can.
cap. 49.
& in Car-
thag. III.
cap. 39.